



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

Octoëchi, Damasceno & Metrophane, aliisque Autoribus, Morelio  
interprete.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

**A** *Ad eandem.*  
Gloriosa, semper virgo, mater Christi Dei, adduc nostram deprecationem filio tuo & Deo, vt saluet per te animas nostras.

*Ad Dominum.*  
Miserere nostri Domine, miserere nostri: omnis enim defensionis in opes, hãc tibi precationem vt Domino peccatores afferimus: Miserere nostri Domine, miserere nostri. *Ad eundem.*

Domine, miserere nostri: in te enim confidimus. Ne irascaris nobis valdè, neque memineris delicta nostra, sed aspice & nunc misericors, & libera nos ab inimicis nostris. Tu enim es Deus noster, & nos populus tuus: omnes opera manuum tuarum, & nos nomen tuum inuocauimus.

**B** *Ad Deiparam.*  
Misericordiã ianuam aperi nobis benedicta Deipara: sperantes igitur in te, ne aberremus: liberemur per te à calamitatibus: tu enim es salus generis hominum. *Ad eandem.*

Agnosces multitudines meorum Deipara peccatorum, ad te confugi, ô sancta, salutis indigens: visita ægotantem meam animam, & pete à filio tuo & Deo modò dari mihi remissionem eorum, quæ feci, malorum, sola sancta, sola benedicta. *Ad eandem.*

Omni spem meam in te repono mater luminis: serua me sub protectionem tuam. *Ad Archangelum.*

**C** Coelestium exercituum princeps exercitus, precamur te nunc indigni, vt tuis precibus munias nos regimine alarum tuarum, sempiterna tua gloria custodiens nos procidentes, & fideliter clamantes, à periculis libera nos, sicut ordinis princeps superiorum potestatum.

*In inuentione capitis Præcursoris, ad Baptistam.*

Sicut diuinum depositum occultum terræ Christus detexit caput tuum nobis, ô propheta & præcursor: omnes igitur simul profecti, in huius inuentione cantibus deo loquis saluatorem laudamus, saluantem nostras animas supplicationibus tuis.

**D**

---

ECCLESIASTICA GRÆCORVM CANTICA,

Quæ Ουρω η̄χοι, vel ὁκλῶνος, hoc est Octosoni inscribuntur, autoribus

D. Ioan. Damasceno, Metrophane Smyrneo, &  
alijs Ecclesiæ Orientalis Doctoribus.

Petro Morelio Turonensi interprete.

Ex Bibliotheca C. V. D. Ioan. à S. Andrea.

**E** SONVS PRIMVS.

SABBATO AD VESPERAS.

*Ps. 140. es ἀραχτίονα.*

Τὰς ἑσπερινὰς ἠμῶν εὐχὰς.

**V**espertinas preces nostras

**O** Domine Deus suscipe,

Et concede nobis

Peccatorum veniam.

Nam solus demonstrasti  
Mundo resurrectionem.

Lustrate populi, Sion,

Atque illam circumdate,

Dantes in ea gloriam

Resurgenti à mortuis.

Quoniam is ipse Deus est noster,

Qui ab iniquitatibus

Y Y iij

Nostris liberos nos fecit.  
 Venite, o plebs, laudemus  
 Atque adoremus Christum,  
 Et laudantes a mortuis  
 Resurrectionem eius.  
 Quoniam is ipse Deus est noster,  
 Qui mundam ab inimici  
 Erroribus liberavit.

Alia Στιχηὰ ἀναπολιξά.  
 Εὐφραδίητε θεοί.

**E**xultate, o celi,  
 Tuba canite fundamenta terrae,  
 Resonate, o montes, latitiam.  
 Ecce enim Emmanuel,  
 Iniquitates nostras  
 Cruci clavis affixit,  
 Quique vitam dedit,  
 Morti mortem intulit,  
 Adamum exuscitans,  
 Tanquam benignus.  
 Christum, qui vltro carne,  
 Crucifixus pro nobis  
 Passus & sepultus est,  
 Et surrexit a mortuis,  
 Collaudemus dicentes,  
 Confirma in recta fide  
 Tuam Ecclesiam, Christe,  
 Atque pacifica vitam nostram,  
 Tanquam bonus atque benignus.

Viuaci tumulto tuo  
 Assistentes, licet indigni,  
 Canticum laudis offerimus  
 Immense pietati tuae,  
 O Christe Deus noster,  
 Quia crucem perpeffus es,  
 Atque mortem peccato carens,  
 Vt vniuersis donares  
 Resurrectionem, vt benignus.  
 Christum patri coequale  
 Atque coaeternum Verbum,  
 Quod ex virginali vtero  
 Via ineffabili  
 Processit, & propter nos  
 Crucem vna cum morte  
 Sponte sua patientissime pertulit,  
 Et surrexit in gloria,  
 Collaudemus dicentes,  
 Viuisce Domine, laus tibi,  
 Qui seruas animas nostras.  
 Gloria. & nunc.  
 Theotocion.  
 Vniuersi gloriam

Ex hominibus prognatam,  
 Dominique genitricem,  
 Atque portum caelestem  
 Laudemus omnes, Mariam virginem,  
 Incorpororum carmen,  
 Et fidelium pulchritudinem.  
 Ipsa enim calum apparuit,  
 Atque templum deitatis:  
 Ipsa interstitio  
 Odij deturbato  
 Mox pacem restituit,  
 Aulamque regiam aperuit.  
 Hanc igitur habentes  
 Tutam fidei anchoram,  
 Protectorem habemus  
 Dominum ex ea progenitum.  
 Confidat ergo,  
 Confidat populus Dei:  
 Is etenim debellabit  
 Inimicos, vt benignus.

Εἰς τὸ τίχον στιχηὰ.  
 Τῷ πατρὶ σου χεῖρε.

**P**assione tua  
 A peccatis liberati,  
 Per resurrectionem  
 A morte seruati sumus,  
 Laus tibi, Domine.

Alia στιχηὰ ordine Alphabetico.

Ἀγαλλιάσθω ἡ πόλις.

**A**dimpleatur gaudio  
 Machina, latentur caeli,  
 Manibus applaudant gentes  
 Cum letitia:  
 Nam Christus seruator noster  
 Cunctas cruci affixit  
 Iniquitates nostras.  
 Atque morte interfecta  
 Vitam nobis gratis donauit,  
 Adam peccato lapsum  
 Cum prole resuscitans,  
 Tanquam benignus.  
**B**onae Deus incomprehense,  
 Caeli rex atque terrae,  
 Vltro crucifixus es,  
 Pra benignitate:  
 Quem simul atque infernus  
 Infra vidit, victus est,  
 Quoque mox suscepto  
 Anima iustorum exultarunt.  
 Denique viso creatore  
 Adam a mortuis resurrexit,  
 O miraculum!

Quomodo

IOANNES  
 DAMASCENUS  
 OPERA

**A** Quomodo mortem gustauit  
Vniuersorum vita  
Nisi ut ita mundum iuuinaret  
Clamantem atque dicentem,  
Qui surrexisti à mortuis,  
Laus tibi, Domine.

Gerula vnguentorum  
Fœmina flentes  
Et gradum accelerantes  
Ad tuum currunt tumultum.

**B** Que non inuento sacro corpore tuo,  
Cum ab angelo intellexissent  
Nouum & stupendum miraculum,  
Mox Apostolis dixerunt,  
Resurrexit Dominus,  
Præstans mundo magnâ misericordiâ.  
Gloria, & nunc.

Theotocion.

Ecce completum est

Esaia vaticinium.

**C** Virgo enim peperisti,  
Atque post partum  
Ut ante partum mansisti.  
Nam puer Deus erat:  
Propterea naturas innouauit.  
At, ô mater Dei,  
Tu seruorum tuorum  
In templo tibi preces oblatas  
Ne spreueris.

Sed ut Deum pium

Tuis in vlnis gestas,

Supplicantum miserere,

Oraque ut seruentur anima nostrâ.

TROPARION, QVOD  
aliâ Apolyticion.

Τὸς λιβὲς Ἐφραϊμῶντος.

**L** Apide consignato  
A perfidis Iudeis,  
Et militibus seruantiibus  
Sacratum corpus tuum,  
Surrexisti, Christe, triduanus,  
Hominiibus vitam tribuens.  
Propterea que calorum virtutes  
Exclamabant, Vitæ dator,  
Laus sit anastasi tuæ, Christe,  
Laus sit deitati tuæ,  
Laus sit carni à te assumptæ,  
O vnice clemens.

Theotocion.

Cum Gabriel, ô Virgo,  
Aue tibi dixisset,

Ad hanc vocem incarnatus est

Vniuersi Dominus

In te: tu cum sancta sis arca,

Sicut iustus David testatur,

Demonstrata es calis capacior,

Tuum creatorem gerens.

Laus ei, qui in te habitauit,

Laus ei, qui ex te processit,

Laus ei, à quo liberati sumus

Tuo partu, Virgo.

DOMINICA AD M. A.  
tutinû, media nocte. Canon Triadicus, cuius hæc est acrostichis,  
Vnam Trifelia natura collaudo te.  
Pœma Metrophanis.

Ode I.

Μία τρισυπέριον ἀρχιῶ. vt

Σὸς ἢ τρισυπέριος δέξια.

**N**um Triperfone Seraphi  
Principiû clara voce concelebrant,  
At principio carens,

Perenne, cunctifex, incomprehensibile,

Quod & omnis lingua

Canticis pie glorificat.

Næ, vt hominibus vnicam

Trilucem tuam monstrares deitatem,

Hominem creauisti,

Et ad imaginem formauisti tuam:

Ei mentem, verbum,

Spiritumque dans, vt benignus.

Aperiens vnum cœlitus

In tribus thearchicis hypostasibus

Principium, dixisti

Compari nato, & Spiritui, pater,

Descendamus, ô, &

Eorum linguas confundamus.

Genes.

Theotocion.

Mens quidem pater ingenuus

Figuratè à Theologis vocatur,

Verbûmque coeternum,

Cõnaturalis natus, & Spiritus sanctus,

Is, qui in Virgine

Sacram Verbo carnem condidit.

Ode III.

Σὸς πάλαι σαφῶς. vt

Ὁ μόνος εὐδῶς.

**T**V postquam olim Abrahamo

Visus es personis trinus,

Vnûsque naturæ diuinitatis,

Theologia præcipuum caput

Typice ostendisti.

Tēque piē laudamus  
 Monarcham Deum, atque trisclium.  
 Resplenduit calitūs ex te  
 Vnigenitus, ô Pater,  
 Lux ex luce, Natus immutabilis,  
 Atque Spiritus diuina lux processit,  
 Vnius deitatis:  
 Hinc tripersonem lucem  
 Piē Veneramur & honoramus.  
 Ineffabiliter Trinitas,  
 Et supra quā cogitemus,  
 Ab essentijs collaudatur.  
 Quae ter sanctis vocibus clarissimum  
 Intonant praconium,  
 Quibus nos concinentes  
 Tripersonem Dominum collaudamus.  
 Theotocion.

Sine Viro autor temporum  
 Ex te venit in tempore,  
 Similis nobis is qui formā caret,  
 Vnamque naturam & principium  
 Nos Patris edocuit,  
 Et Nati, & Spiritus:  
 Hinc, Deigenitrix, te Veneramur.

CATHISMA, HOE  
 est Sessio.

Πατέρα καὶ υἱόν. ὡς  
 τὸν ἄφρονος.

Patrem & Filium  
 Nos adoremus omnes,  
 Et Spiritum rectum,  
 Gloriāque comparem,  
 Triadem increatam,  
 Et virtutem praediuinam:  
 Eam glorificant  
 Incorporei ordines,  
 Et humani cum timore  
 Piē concelebremus.  
 Theotocion.

Tu dirigito nos  
 Viā penitentiae,  
 Declinantes semper  
 Ad malorum deuia,  
 Atque plus quā benignum  
 Excacerbantes Dominum,  
 Inmupta Virgo,  
 O Maria benedicta,  
 O refugium  
 Hominum desperatorum,  
 O Dei habitaculum.

Λάμποι μοι θεαρχα τρισκλιε. ὡς  
 ὄρος σὲ τῆ χαλιπ.

Emitte mihi lucē, ô Trinitas,  
 Tuorum claritate radiorum,  
 Vt mei cordis oculis  
 Tuæ decus contempler eximia  
 Et diuinæ claritatis,  
 Lucida quæ, suauisque me dignator.  
 Latos primum cælos fundasti,  
 Domine, necnon eorum virtutem,  
 Omnisce verbo tuo,  
 Atque oris spiritum coequali,  
 Cum quibus totum regis mundum,  
 In triluce mundi monarchia.  
 Ita vt tuam me ad imaginem  
 Formasti diuina omnium factrix,  
 Trias, inconfusa monas,  
 Tu nos assuefac, vt pareamus  
 Vltro sanctæ tuæ voluntati,  
 Quæ in virtute bona est & perfecta.  
 Theotocion.

Alma Virgo, vnum è Trinitate  
 Peperisti, Filium prædiuinum,  
 Et propter nos incarnatum,  
 Quique mortalibus ex te præluceat  
 Clarissima diuinitatis  
 Luce, radiisque qui nunquā occidunt.

Ode V.

Η τὸν ὁρωτοῦ ἀμέσως. ὡς  
 ὀφωτίσας τῆ ἐδάμψ.

Numerosis quæ choris  
 Angelorum prioribus  
 Inaccesso claritatis  
 Radio tuæ lucis,  
 Tu luce tua eis,  
 Summæ Trinitas vnitatis,  
 Illuce, qui te piē canunt.  
 Alma Trinitas diuina,  
 Nunc eam te natura  
 Collaudat, benignitate  
 Quam tua creauisti,  
 Ate petens, vt eam  
 Delictis, tentationibus,  
 Malis, & erumnis liberes.  
 Tota Patris, Filij,  
 Et Spiritus sancti vnam  
 Naturam & deitatem  
 Fide glorificamus,  
 Indiuise diuisam,  
 Vnum Deum inuisibilis

Et vi-

**A** Et visibilis creatura.  
Theotocion.  
Virgo intacta, omnes  
Tuum vates prædicaverunt  
Partum mysticum, & qui sit  
Prorsus ineffabilis,  
Quem nos certo nominamus  
Mystagogum esse vnius  
Etrifolari deitate.

**B** Ode VI.  
Ἰσοῦ ἁποτοῦ τῶν δυνάμεων. vt  
Ἐκκλησιῶν ἡμῶν.

**R**egina mundi Trinitas,  
Tu tanquam potentia compare gaudēs,  
Propter voluntatis identitatem,  
Simplex existis & indiuidua.  
Nos itaque  
Tua pro potentia conseruato.

**C** Annuens certe duntaxat,  
Quia clemens es, cuncta secla fundasti  
Ex nihilo, incomprehensa Trias,  
Tum deinde hominem formauisti.  
Nunc etiam  
Ab omni me discrimine conserua.  
Theotocion.

Conclauē solis abditi  
Tu fuisti, qui creauit & distinxit  
Luminaria magna fortissimē,  
Castissima Virgo, Deique sponsa.  
Nunc etiam

**D** A vitij me serua caligine.

CATHISM A.

Τεράδια τῶν σερῶν. vt  
Τὸν ἄφρον ἔσωσῃς.

**T** rinitatem sanctam,  
Indiuisam naturam  
Tribus in personis  
Indiuisē diuisam  
**E** Impartilēque manentem,  
Deitatis essentiā,  
Concelebremus  
Terrigena cum timore,  
Et collaudemus  
Creatorem & dominum,  
Deum plus quam benignum.  
Theotocion.

Guberna, ô casta,  
Misera mentem meam,  
Eam miseratus,  
Copia peccatorum

In profundum prolapsam  
Interitus, ô intacta:  
Et in hora me  
Terribili dura mortis  
Tu eripito  
Accusanti demoni,  
Cunctoque supplicio.

Ode VII.

Λόγε θεοῦ, συμφυῆς ἀπαύρασμα. vt  
Σὲ ἰοῦν τῶν, ἰσοτερε, κτλ.

**O** diuinum Verbum, splendorque cōpar,  
Omnia potentis Dei,  
Vt promittis,  
Tuam in me diuinam mansionem  
Facito, nam clemens es,  
Cum Patre Spiritūque tuis,  
Et tremendum  
Dæmonibus & vitis ostende.  
Latum tuae bonitatis, Domine,  
Nobis mare monstraturus,  
Natum tuum  
Ad nostram demissis vilitatem,  
Nōsque reformauisti  
Ad priscam illam claritatem.  
Nunc etiam  
Erudito me diuino Spiritu.

Theotocion.

Latus throno qui Cherubico passim  
Vctatur, vt omnium rex,  
Virgineum  
Vterum tuum, Virgo, habitauit:  
Omnēsque liberauit  
A morte, veluti benignus.  
Nunc etiam  
Tu precibus me custodito tuis.

Ode VIII.

Νεῦματι θεσπυχῶ. vt  
Θαύματος ἰσοφύς.

**A** nnuens calitus, omnium Domine,  
Hypoſtasi triplex, omnipotens,  
Celos veluti pellem extendisti,  
Deinde telluris appendisti  
Molem forti puzillo tuo.  
Quare famulos tuos corroborato  
Charitate fidēque tua, ô benigne,  
Vt te piē glorificemus in secula.  
Vnicum naturā lumen, ô, atque triplex  
Personis, illuminato, quaeso,  
Me seruum tuum, qui te glorifico,  
Et ad tuos lucis auspices  
Radios fac semper intendam,

Per quos tuâ exaltetur gloria  
 Suavi & lucida, atque felicissima,  
 Atque superexaltetur pie in secula.

Theotocion.

Deduxit in calos humanam naturam,  
 Quam immutabiliter assumpsit.  
 Filius tuus, casta Dei mater,  
 Immensa bonitate sua  
 Illam morte prisca liberans.  
 Gratiâs ergo agentes canamus:  
 Benedicat omnis creatura Dominum,  
 Et superexaltet in omnia secula.

Ode IX.

Σάρον ὦ σωτήρ ἡ κτίσεως. ἢ  
 Τύπον ἡ ἀγνῆς.

**O** Servator creaturarum  
 Sensilium & mentalium, serua tuos  
 Ab occultis hostium insidiis famulos,  
 O sancta Trinitas hominista:  
 Gregemque tuum serua  
 Semper ab insidiis liberum.

Tu immensum profundum tuæ  
 Naturalis bonitatis demonstraturus,  
 Nobis promissiones dedisti, trisolaris  
 Deus, atque monarcha cunctipotens,  
 Tuis salutiferas  
 Seruis, quas da ut adimpleamus.

Theotocion.

Excipe, quaeso, preces nostras  
 O tu, qui tribus thearchicis in personis  
 Manes, atque unum re vera Deus crederis.  
 Quin & famulos consolare tuos,  
 Precibus gloriosâ  
 Beatâque Deigenitricis.

AD MATVTINVM  
 post primam εὐχολογία.

CATHISMA.

Τὸν ἑσπρον ἔ σωτήρ.

**T**umulum seruantes,  
 Christe, tuum milites  
 Mortui sunt visi  
 Præ fulgore angeli,  
 Qui foeminis prædicabat  
 Tuam resurrectionem.  
 Te collaudamus,  
 Te qui mortem destruxisti.  
 Te adoramus,  
 Qui tumulo surrexisti,  
 Vnice Deus noster.  
 Cruci conclanatus

Sponte, ô misericors,  
 Tumulo conditus,  
 Ut mortalis, ô vita,  
 Mortis vires contriuxisti,  
 O rex potens, morte tua.  
 Te nanque viso  
 Orci porta tremuerunt.  
 Tu suscitasti  
 Omnes à seculo mortuos,  
 Tanquam solus benignus.

Theotocion.

Dei te nos matrem  
 Esse cuncti nouimus,  
 Quæ verè post partum  
 Virgo apparuisti.  
 Inde pie confugimus  
 Ad benignitatem tuam.  
 Nam te habemus  
 Peccatores aduocatam:  
 Te possidemus  
 In periculis salutem,  
 Quæ sola es intacta.

POST SECUNDAM

εὐχολογία.

CATHISMA.

Ἐνώμεις πρὸς τὸ μνήμα. ἢ  
 Τὸδ λιθὸ σφραγισμέντος.

**M**ulieres tumulo  
 Valde manè astiterunt,  
 Et angelicam visionem  
 Conspicere tremuerunt.  
 Tumulo vitam radiante  
 Ille miraclo perculse sunt.  
 Eapropter abeuntes  
 Discipulis resurrectionem narrant:  
 Christus infernum prædatus est,  
 Tanquam fortis, vnicus, & potens,  
 Omnesque suscitauit mortuos,  
 Condemnationis soluto  
 Metu, virtute crucis.  
 Christe cruce conclanatus,  
 Qui es vita omnium,  
 Et mortuis accensus,  
 Qui es æternus Dominus,  
 Tertio die surrexisti,  
 Adamque à morte suscitasti.  
 Eaque de causa virtutes calorum  
 Clamabant: O vitæ dator,  
 Laus tuis passionibus, Christe,  
 Laus & resurrectioni,  
 Laus & aduentui tuo,

Ὁ Vnice

A O *vnice clemens.**Gloria. & nunc.*

Theotocion.

Μαρία τὸ σπλάγ. ὅτι  
τὸν τέκνον σου ἑώρα.*Maria sacratum**Dei receptaculum,**Tu nos excita**Præcipites in chaos**Diræ damnationis**Errorum & arumnarum.**Tu etiam es*

B

*Delinquentium salus,**Et auxilium,**Fortæque patrocinium,**Tuos seruans famulos.*Μετὰ τὸν ἄνωμον  
ἢ ὑπακοή.

Ἡ τῆς θεοῦ μετανοία.

C L *Aronis penitentia**Paradisum deprædata est:**At luctus unguentiferarum**Gaudium nunciauit**Te resurrexisse, Christe Deus,**Et dedisse mundo misericordiam.*

GRADVS.

Antiphonon I.

Εἰς τὸ ἁγίου πνεύματος.

D

**D***Vm ego tribulor,**Exaudi meas miseras,**Domine te voco.**Eremitis indefinens**Diuinorum zelus inest,**Cum seiuncti sint à vniuerso mundo.**Gloria.**Sancto Spiritui**Laus & gloria,**Vt Patri conuenit,**Atque Filio.*E *Propterea Trinitati canamus,**O virtus vnica.*

Antiphonon II.

Εἰς τὸ ὄρη τῶν ἁγίων.

I *N montes tua qui**Me leuasti legis virtute,**Illucesce, ô Deus,**Vt te collaudem.**Dextera tua me suscipe Verbum.**Custodi & serua me,**Ne ignis peccati me comburat.**Gloria.**Sancto Spiritui**Tota machina renouatur,**Suo reddita principio.**Patri enim & Filio equipollet.*

Antiphonon III.

Εἰς τοὺς ἀπνεύματοις.

I *N his quæ mihi dicta sunt**Eamus, ô, in atria Domini,**Gaudet spiritus meus,**Congaudetque cor.**In domo Davidis**Ingens timor:**Nam sedibus positus ibi**Iudicabuntur omnes**Tribus & gentes terræ.**Gloria.**Sancto Spiritui**Honorem unum cultu,**Laude, regnoque,**Vt & Patri dignum est,**Et Nato, deferre decet.**Vna enim Trinitas est,**At naturâ, non personis.*

Propositum. Sonus I.

Nunc refurgam, dicit Dominus. *Ver-**sus. Verba Domini, verba casta.**Omnis spiritus. Euangelium. Heo-**thinum. & ô v.*

Canon anastasimus.

ODE I. Hirmus.

Σὸν ἢ τροπαιεὺς δεξιᾶ.

I *latrix tua dextera, Deus,**Diuinitus ob virtutē celebratur,**Quæ validissima, ô immortalis,**Profligavit aduersarios,**Dum Israëlitis nouam**Per mare pararet viam.**Is qui puris arte diuina me**Manibus ex luto primum efformauit,**In cruce manus expandit, vt meum**E tellure reuocaret**Corruptum corpus hoc,**Quod ex Virgine assumpserat.**Mortalitatem pro me tulit,**Et animam suam morti exposuit,**Qui calitis animam mihi dedit:**Atque vinculis æternis**Solutam, resurgens**Immortalitate donauit.*

Theotocion.

Z Z



» Aue gratia fons, ô scala,  
 » Atque ianua celestis basilicæ:  
 » Aue candelabrum, vna aurea,  
 » Et mons intacti lapidis,  
 » Tu vitæ datorem  
 » Christum mortalibus tulisti.

Canon ἑταίρονα ἁγίου.

ODE I.

Χριστὸς θεὸν με ἑταίρονα ἁγίου. ὡς  
 Χριστὸς γεννᾷται.

**C**hristus homo Deum me facit,  
 Christus me humiliatus exaltat,  
 Christus impatitem me reddit,  
 Vitæ dator, patiens  
 Carne sola.  
 Hinc ei cano  
 Gratiarum canticum:  
 Nam gloriosus est.  
 Christus me suspensus erigit,  
 Christus mortuus me secum suscitât,  
 Christus mihi vitam largitur.  
 Hinc ego præ latitia  
 Palmis plaudens  
 Cano seruatori  
 Victoriæ canticum:  
 Nam gloriosus est.

Theotocion.

Deum tu, virgo, concepisti,  
 Christumque virgo mater peperisti,  
 Ex te intacta incarnatum,  
 Vnum, vniuentum  
 Ἐποστάσι,  
 In bina natura,  
 Natum tuum cognitum:  
 Nam gloriosus est.

CANON SANCTISSI-  
 mæ Deigenitricis.

ODE I.

Πόταν σοὶ ἐπαύριον ὄδ' ἔειπ' ὡς  
 σοῦ ἢ τροπαιῶνος δεξιά.

» Hod tibi condignum canticum



Hæcce nostra proferet imbecilli-  
 nisi gaudij promum, (tas?)

» Quodque nos sacerdos edocuit Gabriel?

Aue Deigenitrix virgo,  
 Et mater innupta.

Semper virgini atque matri  
 Imperatoris celestium virtutum  
 Ex purissimo corde,  
 Οὐ πύ, spiritualiter canamus,

Aue Deigenitrix virgo,  
 Et mater innupta.  
 Immensa est abyssus tuæ  
 Incomprehensa conceptionis, virgæ.  
 Quare constanti fide  
 Nos te sincere compellamus, dicentes,  
 Aue Deigenitrix virgo,  
 Et mater innupta.

CANON. Anastaf. I.  
 Ode III. Hirmus.

Οὐ μόνος εἰδώς τῆς τῶν βροτῶν.

» **Q**ui solus nosti mortalium  
 » Naturæ debilitatem,  
 » Et misericors eam assumpsisti,  
 » Tu ex alto virtute me præcinge,  
 » Vt tibi clamem, Sanctum  
 » Animatum templum est  
 » Puræ gloriæ tuæ, ô clemens.  
 » Cùm meus, ô bone, Deus sis,  
 » Me lapsum miseratus es,  
 » Et ad me descendere voluisti,  
 » Exaltaſtique me tuam per crucem,  
 » Vt tibi clamem, Sanctus  
 » Gloriæ Dominus es,  
 » Cuius bonitas exprimi nequeat.  
 » Cùm sis per te constans vita, Christe,  
 » Idèd tu me corruptum,  
 » Vt compatiens Deus, induisti,  
 » Atque descendens in pulverem mortis,  
 » Mortale abruptisti,  
 » Triduanis que morte  
 » Resurgens incorruptus mansisti.

Theotocion.

» Virgo, quæ Deum in utero  
 » Ex Spiritu concepisti  
 » Sancto, tuæ permansisti incombusta.  
 » Nam rubus, quem legifer Moyses vidit  
 » Incombuste ardentem,  
 » Te palam præmonstravit,  
 » Quæ ignem ineffabilem tulisti.

Hirmus alius. De S.  
 Deigenitricæ.

Τὼ ἐπὶ τῶν ὤμων. ὡς

Τὼ ἐπὶ τῶν ἀίωνων.

**C**hristo, qui humeris  
 Suis errabundam ouem sustulit,  
 Atque ligno crucis abstulit  
 Eius iniquitatem,  
 Christo Deo sic exclamemus,  
 Qui cornu nostrum

Erexisti,

**A** Erexisti, ô,  
Tu sanctus es, Domine.  
Deo, qui eduxit  
Christum maxime pastore ex inferno,  
Atque hierarchia eius  
Ope Apostolorum  
Omnes aperte gentes pavit,  
In veritate  
Sancto que pijs  
Spiritu serviamus.  
Theotocion.

**B** Filio, qui sine  
Semine ex Virgine incarnatus est,  
Atque genitricem post partum  
Divinâ potentia  
Castam virginem custodivit,  
Omnium summo  
Clamemus Deo,  
Tu sanctus es, Domine.

Alius Hirmus. De S.  
Deigenitrice.

**C** Νεφέλω σὲ κέκλυ ἀψευδῶς, vt  
Ὁ μόνος εἰδῶς.  
**N** Ebulam leuem te merito,  
Casta Virgo, nominamus  
Iuxta Prophetarum vaticinia:  
Quandoquidem Dominus in te venit,  
Vt ruat Aegyptia  
Erroris simulacra,  
Et luceat ea venerantibus.  
**D** Te consignatum haud dubie  
Chorus Propheticus fontem  
Atque conclusam portam appellavit,  
Virginitatis tuæ, Virgo casta,  
Perspicue symbola  
Sic nobis describentes,  
Quam tu servasti etiam post partum.

CANON. Anastas. I.  
Ode IIII. Hirmus.

Ὁ ποσ σὲ τῆ χάριτι τῆ θεῆα καὶ τοσοῦτον.

**E** **M** Ontem te diuinis obumbratum cha-  
rismatis  
Perspicacibus Abbacuc  
Longè prævidens oculis,  
Ex te venturum esse  
Sanctum vaticinatus est Israëlitam,  
Qui saluos nos faceret & reformaret.  
Quis hic est seruator, qui ex Edom progre-  
datur,  
Spineam coronam ferens,  
Atque purpuram induens,  
In ligno que suspensus?

Hic esse sanctus Israëlita dicitur,  
Qui saluos nos faciat, atque reformet.  
Vide, populus infidelis, & confundere.  
Nam quem tu, vt maleficum,  
Insanus cruce suspendi  
A Pilato petisti,  
Is ipse, profligatâ mortis potentia,  
Diuinitus è tumulo resurrexit.  
Theotocion.  
Lignum te vitæ certò nouimus esse, Virgo.  
Nam non esculentus fructus,  
Homini bus ve letifer,  
Ex te suppullulauit,  
Sed potius æternæ vitæ fruitio,  
Qua nos salui fiamus te concelebantes.

Alius Hirmus. De S. Cruce.

Τὸς ἕτος ἀγαθὸς ἐξ Εἰδῶν. vt  
Πᾶσι δὲ ἐκ τῆ πίστεως.

**Q** V is iste formosus ex Edom?  
Atque purpura eiusdem  
Vestimentorum ex vinea Bosor?  
Formosus, quia Deus:  
At vt homo, sanguine  
Carnis stolam purpuratam tulit.  
Cui pie canimus,  
Laus tuæ sit virtuti, Domine.  
Christus futurorum bonorum  
Qui pontifex apparuit,  
Et nostrum aboleuit peccatum,  
Inauditamque suo  
Viam sanguine pandens,  
In melius atque perfectius  
Venit tabernaculum,  
Præcur sor nobis factus in sancta.

Theotocion.

Tu antiquum Eux debitum  
Per soluisi, ô intacta,  
Novo propter nos edito Adamo.  
Is enim sibi iungens  
Casta conceptione  
Carnem mente animæque macltam,  
Ex te processit Christus,  
Vnus vtraque parte dominus.

Alius Hirmus. De S.  
Deigenitrice.

Ἀνεθαυμάτων ἔγενε. vt  
Ὁ ποσ σὲ τῆ χάριτι.

**A** V dite miranda,  
O cali, ausculta terra:  
Quia filia terreni

Adam mandatum transgressi  
Filia Dei fuit,  
Et creatorem suum in utero colit,  
Ut saluos nos faceret, & re-  
formaret.

Laudamus magnum, &  
Mirum mysterium tuum.  
Nam caelestibus insciis  
Exercitibus is qui est,  
Hunc in mundum descendit,  
Sicut pluuia in vellus, o casta Virgo,  
Ut saluos nos faceret, & re-  
formaret.

O sanctorum sancta,  
Deigenitrix intacta,  
Expectatio gentium,  
Atque salus credentium,  
Ex te nobis ortus est  
Redemptor, vita largitor atq; Dominus,  
Quem exora, ut seruet  
famulos tuos.

CANON. Anastas. I.  
Ode V. Hirmus.

Ὁ φῶς τῆς ἐλλάμψεως.

Christe, qui tui luce  
Aduentus illuxisti,  
Et tua exhilarasti  
Cruce mundi terminos,  
Luce tuae diuinitatis  
Tu nobis illucesce,  
Qui orthodoxè te colimus.

Ouium magnum pastorem,  
Cunctorumque dominum,  
Iudaei crucis in ligno  
Dura morte multarunt.  
At ille mortuos, ut oues  
In inferno sepultos  
Mortis à iugo liberauit.

Cum tua tu cruce pacem  
Euangelizasti,  
Et nunciasti captiuis  
Christe, remissionem:  
Mundi principem spoliatum  
Nudumque demonstrasti,  
Diuina resurrectione.

Theotocion.

Tu fidelium, o Virgo,  
Supplicantium preces  
Ne contemne, sed admitte,  
Et eas offer tuo  
Filio, casta Virgo, Deo,

Qui solus benignus est:  
Nam nostra & aduocata.

Theotocion aliud ex Codice  
C. V. D. Ioan. à S. Andrea.

Coelorum exhilarantur  
Te videndo virtutes,  
Cum quibus nunc mortalium  
Cuncti exultant ordines.  
Tuo enim, Deigenitrix  
Virgo, iunguntur partu,  
Quem condignè glorificamus.

Idem cum  
Hirmo ps.  
xiiii. que-  
tis Odes De  
S. Deige-  
nitricæ.

Alius Hirmus. De S. Cruce.

Ὁ πᾶσι τοῖς καὶ βᾶδος σοφίας θεῶν. vt  
Odes 17.

Profundam Dei sapientiam!  
Sapientibus deuictis Dominus  
Ab eorum sophismatis  
Nos tutos reddidit.  
Nam passus, ut voluit,  
Carnis infirmitate,  
Mox virtute propria  
Is rediuiuus resurrexit.

Deus propter nos carni coniungitur,  
Crucifixus & mortuus conditur,  
Moxque tumulo resurgit,  
Et ascendit carne  
Cum propria strenuus  
Christus ad Deum patrem:  
Cum qua veniens eos  
Seruabit, quibus pie colitur.

Theotocion.

Sancta sanctorum, Virgo intacta,  
Sanctum sanctorum nobis peperisti,  
Sanctos omnes facientem,  
Christum redemptorem.  
Quocirca te reginam,  
Omniumque dominam,  
Ut matrem creatoris  
Creaturarum annuntiamus.

Alius Hirmus. De S.  
Deigenitricæ.

Ἐὐφραίνονται αἱ ἑρῶν. vt  
Ὁ φῶς τῆς ἐλλάμψεως.

Coelorum exhilarantur  
Te videndo virtutes,  
Cum quibus nunc mortalium  
Cuncti exultant ordines.  
Tuo enim, Deigenitrix  
Virgo, iunguntur partu,

Idem cum  
Theotocio  
Sanctian-  
drecani cod.  
Odes prece.  
anastas. ca-  
nonis.

Quem

A Quem condignè glorificamus.

Moucantur omnes linguæ,

Atque mentes humanæ,

Ad eius laudem, quæ est

Verum mortalium decus.

Virgo adest, quæ perspicuè

Glorificat eos, qui

Piè laudant eius miracula.

Celebratur omnis hymnus

Atque laus sapientum,

Qui Virgini & matri

B Filij Dei offertur.

Ipsa enim gloriæ fuit

Templum supercaelestis,

Quam condignè glorificamus.

CANON. Anastas. I.

Ode VI. Hirmus.

Ἐκκλωσεν ἡμᾶς ἐχάτη ἀβυσσος.

Byssus, heu, nos ultima circumdedit,

Nec est qui nos inde soluat.

Habiti sumus ut oves mactanda.

Serua populum tuum, Deus noster:

Nam debilium tu virtus es,

Et resurrectio.

Nos, ô Domine, protoplasti peccato

Valde læsi fueramus.

At liuore tuo sanati sumus,

Quo tu pro nobis vulneratus es, Christe:

Nam debilium tu virtus es,

D Et resurrectio.

Eduxisti nos ex inferno, Domine,

Cetum retibus implicans

Cunctiuorum, viribus omnipotens

Tuis vires illius annihilans:

Siquidem vita tu es, & lux,

Et resurrectio.

Theotocion.

Exhilarantur in te, virgo intacta,

Hominum primi parentes,

E Edem tuis auspiciis recepta,

Quam à transgressione amiserant.

Tu enim ante partum virgo

Manes, & post partum.

Alius Hirmus. De S. Cruce.

Νοῦς ὦν ἀπαθής. vt

Σπλάγγων Ἰωάν.

Mens impatiilis,

Et immaterialis

Christus humanæ

Menti admiscetur,

Quæ media est

Inter diuinam

Naturam, & carnæ,

Et mihi non mutatus

Totus inigitur,

Vt mihi salutem

Toti, qui lapsus eram,

Crucifixus pareret.

Cadens Adamus

Supplantatus perditur,

Pristina falsus

Spe diuinitatis.

Verum resurgit

Deus Verbi

Coniunctione factus:

Et passione nactus

Mox apathiam,

Throno decoratur

Vt Filius, & sedens

Patri & Spiritui.

Theotocion.

Sinu parentis

Aeterni non abscedens,

In casta sinu

Virginis habitat,

Qui matre caret,

Atque patre,

Sumpta carne humana,

Deus is, inquam, qui est

Iustitiæ rex:

Quin generatio

Eius ineffabilis

Enarrari non potest.

Alius Hirmus. De S.

Deigenitrice.

Παρίζανται δ' ἄλογοι πῶς. vt

Ἐκκλωσεν ἡμᾶς.

Ad sunt seruorum more partui tuo

Ordines calici, virgo,

Obstupefcentes merito, quod tui

Virginitas puerperij duret.

Nam tu casta

Ante partum & post partum fuisti,

Incarnatum est ex te, quod antè carne

Verbum carebat, ô virgo,

Quod omnia pro arbitrio facit,

Quod incorporeorum exercitus

Ex nihilo

Produxit, quippè quod sit omnipotens,

Interijt hostis inimico tuo

Z Z ij

Fructu, ô Deo accepta,  
Et palam conculcatus est infernus,  
Nosque captivi liberati sumus.  
Quare clamo,  
Malos affectus solue cordis mei.

## CONTACION.

Ἐξάρσενος ὡς θεός. vt  
Ὁ τὰν ἔλθης.

**R**esurrexisti vt Deus  
Tumulo in gloria,  
Mundumque consuscitasti,

Naturaque humana  
Vt Deum te collaudauit.  
Hinc mors obliterata est,  
Et Adam choros ducit, Domine,  
Euaque nunc  
A vinculis liberata  
Gaudet exclamans,  
Tu es qui cunctis exhibes,  
O Christe, anastasi.

Ὁ οἶκος.

Qui triuanus resurrexit,  
Eum laudemus, vt Deum omnipotentē,  
Qui portas inferni contriuit,  
Maioresque nostros tumulo suscitauit.  
Et ab vnguentiferis visus vt voluit,  
Primis eis Gaudete nuncians,  
Et Apostolos gaudere iubens  
Vt solus vita dator.  
Hinc pia mulieres discipulis  
Symbola victoriæ annunciant,  
Et infernus gemit,  
Victaque mors ingemiscit,  
Atque mundus exultat,  
Et omnes gaudent Christi  
Ob resurrectionem.

CANON. Anastas. I.  
Ode VII. Hirmus.

Σὲ νοητὸν, θεοτόκε, κέμνον.

**T**E, Deipara, intellectualem  
Fornacem fideles scimus,  
Summus enim Deus, qui tres  
Pueros conseruauit,  
Totum mundum in tuo  
Sacro vtero renouauit,  
Laudabilis patrum Deus, atque  
Supergloriosus.  
Terra contremuit, Sol auersus est,  
Versaque lux in tenebras,

Diuinumque templi velum  
Duas in partes fissum,  
Atque petra fissa sunt,  
Eo quod pendere in cruce iustus.  
Laudabilis patrum Deus, atque  
Supergloriosus.

Tu similis effectus derelicto,  
Et lafo inter mortuos,  
Dum tua sponte naturam  
Nostram superexaltas,  
Omnes liberauisti,  
Manuque forti tecum suscitasti.  
Laudabilis patrum Deus, atque  
Supergloriosus.

## Theotocion.

Salue fons perennis fluenti, salue  
Paradisi deliciae.  
Salue turris fidelium.  
Salue intemerata.  
Omnium letitia  
Salue tu, per quam nobis exortus est  
Laudabilis patrum Deus, atque  
Supergloriosus.

Alius Hirmus. De S. Cruce.

Πάσαι ἡμέραι κατεργάζη. vt  
Ὁι παίδες.

**M**aledicta est olim  
Abelis sanguine commaculata  
Tellus, manu fratricida.  
At diuino sanguine tuo  
Rigata benedicatur:  
Saliens clamet,  
Patrum nostrorum Deus,  
Deus benedictus es.

Ingemiscat impius  
Iudeorum populus scelus audax  
Crucifixionis Christi:  
Gentiles autem collatentur,  
Et manibus læti plaudant,  
Atque exclament,  
Patrum nostrorum Deus,  
Deus benedictus es.

Ecce vnguentiferis  
Luce micans exclamabat angelus  
Resurrectionis Christi,  
Venite, videte symbola,  
Stipulas, atque tumulum,  
Et exclamate,  
Patrum nostrorum Deus,  
Deus benedictus es.

Alius

A Alius Hirmus. De S. Deigenitrice.

Σὲ ἰαχὼς, θεοτόκος, κλίμαρα. vt  
Σὲ νοητῶ.

**T**E scalam Iacob, o Deigenitrix,  
Propheticè intelligit.

Per te enim super terram,  
Qui superexaltatur,  
Visus est, & versatus  
Cum hominibus, vt voluit,  
Laudabilis patrum Deus, atque  
Supergloriosus.

B *Aue* Veneranda pellis Adami,

Ex te pastor exortus est,  
Qui haud dubiè induit,  
Vt superexaltatus,  
Integrum me hominem,  
Incomprehensâ clementiâ,  
Laudabilis patrum Deus, atque  
Supergloriosus.

Novus Adam castis ex sanguinibus

C *Tuis* sempiternus Deus  
Exortus est haud dubiè,  
Quem tu nunc supplex ora,  
Vt me inueteratum  
Renouet, ei exclamantem,  
Laudabilis patrum Deus, atque  
Supergloriosus.

CANON. Anastas. I.

Ode VIII. Hirmus.

D *E*ν χαμῶν πασῶν ἰσχυρῶ.

**I**N camino Israelitæ  
Iuuenes, vt in fornace,  
Præ decore pietatis

Clariùs rutilabant  
Auro, vociferantes:  
Benedicite, o opera,  
Dominum laudate,  
Superexaltate

E *Cuncta* per secula.

O qui numine tuo facis  
Atque disponis cuncta,  
Quique mortis umbram mutas  
In vitam sempiternam,  
Passione tua, Christe,  
Te semper omnia opera  
Dominum collaudant,  
Et superexaltant  
Per omnia secula.  
Tu delesti peccatum, Christe,  
Et infelicitatem

*Ipsis inferorum in portis,*

Atque tertio die

Et tumulo surrexisti.

Te semper omnia opera

Dominum collaudant,

Et superexaltant

Per omnia secula.

Theotocion.

*Virginem, quæ sine semine*

Ex fulgore diuino

Peperit Christum gemmans

Omnium pulcherrimam,

Collaudemus dicentes:

Benedicite, o opera,

Dominum laudate,

Superexaltate

Cuncta per secula.

Theotocion aliud ex cod.

D. à S. Andrea.

*Aue* inclyte Dei throne,

*Aue* piorum turris,

Per quam lux Christus iis fulsit,

Qui erant in tenebris.

Qui te beatam dicunt

Et clamant, Omnia opera,

Dominum laudate,

Superexaltate

Cuncta per secula.

Alius Hirmus. De S. Cruce.

Δεῦτε λαοὶ προσκυνήσωμεν. vt

Θαύματος ἑστῆ.

**V**enite, populi, adoremus locum,

In quo pedes diuini steterunt,

Et in ligno diuina Christi manus,

Vita auspices distenta sunt,

In totius mundi salutem.

Tumulum vita cingentes canamus,

Benedicat omnis creatura Dominum,

Atque superexaltet eum in secula.

Deicidarum Iudeorum patet

Mala & exlex sycophantia,

Nam quem planu dixerunt, is surrexit,

Tanquam potens, atque subsannans

Cuncta impiorum sigilla.

Quocirca lati simul exclamemus,

Benedicat omnis creatura Dominum,

Atque superexaltet eum in secula.

Trina sanctificatione laudantes

Et dominatus vnici decus

Seraphi prædiuini cum timore

Seruliter, deitatemque

Tribus in personis adorant:

ZZ iiij

Cum quibus nos etiam modulemur,  
Benedicat omnis creatura Dominum,  
Atque superexaltet eum in secula.

Alius. De S. Deigenitrice.

Τὸ παρὰ τὸ φῶς τοῦ οὐρανοῦ, ὡς  
ἔν ἡμῶν παρὰ τὸ φῶς.

**T**halamum lumine micantem,  
Ex quo uniuersorum Dominus  
Tanquam sponsus processit Iesus Christus,  
Laudemus uniuersi exclamantes:  
Cuncta opera Domini,  
O Dominum laudate,  
Eum exaltantes  
Per omnia secula.

Aue inclyte Dei throne,  
Aue piorum turris, per quam  
Christus stantibus in tenebris fulsit,  
Qui te beatam dicunt, atque clamant:  
Cuncta opera Domini,  
O Dominum laudate,  
Eum exaltantes  
Per omnia secula.

Tu qui salutis causam nobis  
Dominum peperisti, pro cunctis  
Eum roga, qui assidue clamant,  
O laudanda Virgo, benedicite  
Cuncta opera Domini,  
O Dominum laudate,  
Eum exaltantes  
Per omnia secula.

CANON. Anastas. I.

Ode IX. Hirmus.

**Y**PVM pudici partus tui  
Rubus demonstravit ardens, sed  
incombustus.  
Nunc vero sanam tentationem exposcimus,  
Que nos agitat, extingui caminum,  
Ut te, Deigenitrix,  
Indefinenter magnificemus.  
Vah, quam populus iniquus est,  
Incredulus, & malus consiliarius!  
Quippe qui praecone iustificavit impiam,  
Meriteque crucis iustum condemnavit,  
Quem gloria Dominum  
Nos pro merito magnificamus.  
O seruator, agnus innocens,  
Tu qui peccatum huius mundi sustulisti,  
Te laudamus, qui tertio die resurrexisti,  
Cum Patre, sanctoque Spiritu tuo,  
Quem gloria Dominum  
Nos pro merito magnificamus.

Theotocion.

Saluum fac populum, Domine,  
Que sacrosancto sanguine tuo parasti,  
Das Regi nostro vires contra hostes suos  
Et ecclesiis, o benigne, tuis  
Triumphum atque pacem,  
Virginis Deiparæ precibus.

Aliud Theotocion ex cod.

D. Ioan. à S. Andrea.

Omni laudum lege, o Virgo,  
Gloria tua maior est excellentia,  
Sed ab indignis famulis tuis, o Domina,  
Quod gratis tibi offertur animis,  
Excipe lato vultu,  
Deigenitrix, hoc ephymnium.

Alius. De S. Cruce.

Δεδόξαται τῆς ἀποπέρας, ὡς  
Μυστηρίου ἕνεκα.  
Cruce gloriosa est ineffabili tua  
Virtute, o Domine.

Infirmas tua  
Præpotens omnibus apparuit,  
Per quam potentes in terram prostrati sunt,  
Atque pauperes in calum  
E tellure subuehuntur.

Pallida ille nostra mors interfecta est,  
Nam resurrectionem  
A morte dedisti,  
Cum ab inferis, Christe, visus es.  
Hinc te ut vitam, resurrectionem,  
Et lumen per se subsistens,  
Laudantes magnificamus.

Aeterna natura, necnon incircumscripita,  
In tribus dignoscitur  
Solis thearchicis  
Hypostasibus una deitas,  
Patre, Filio, Spirituque sancto,  
In quam bonus Imperator  
Pie credens conseruatur.

Alius. De S. Deigenitrice.

Πῶς οὐ Δαβὶδ ἐλάλησας, ὡς  
τὸ πῶν τῆς ἀγγῆς.  
Spirpis Dauitica germen es,  
Prophetica, Virgo, atque Deiparentis.  
Imò tu Dauidem re vera glorificasti,  
Pariens quem prædixerant Prophetæ,  
Quem gloria Dominum  
Nos pro merito magnificamus.  
Omni laudum lege, o Virgo,  
Gloria tua maior est excellentia,  
Sed ab indignis famulis tuis, o Domina,  
Quod

A Quod tibi gratis offertur animis,  
Excipe lato vultu,  
Deigenitrix, hoc ephymnium.  
O mira tua miracula!  
Tu enim sola Sole sublimius  
Fecisti vt intelligerent omnes, o casta,  
Inauditum partus tui miraculum,  
Qui comprehendi nequit:  
Quare te cuncti magnificamus.

## AD LAUDES.

Ἐπιχρησὶς ἀναστάσιμα.

B Ὑμνοῦ μὲν ἑὸς ἡγίστε.  
**Q**UO AVS tua, Christe, sit  
Salubri passioni,  
Lausque tuae sit resurrectioni.  
Qui crucem perpassus es,  
Quique mortem debilitasti,  
Et surrexisti à mortuis,  
Nostram pacificato vitam, Domine,  
Tanquam solus omnipotens.

C O inferni praeator,  
Atque hominis suscitator,  
Anastasi tua, Christe,  
Tu dignare nos, vt te corde sincero  
Laudemus & decoremus.

Divinam nos tuam

Incarnationem laudantes,  
Te, Christe, laudamus.  
Natus es ex Virgine,  
Nec tamen à Patre separatus es.

D Tu passus es, vt homo,  
Crucemque sponte tua subiisti.  
Tumulo surrexisti,  
Vt è thalamo procedens,  
Saluum facturus mundum.  
Laus tibi, Domine.

Alia ἐπιχρησὶς ἀνατάσιμα.

Ὅτε ὡροσπλάγχνος τῶ ἐξύλω ἔταυρος.

E QVando clavis affixus es ligno crucis,  
Tunc inimici perijt imperium.  
Machina mota est timore tui,  
Et infernus dextrà tuâ spoliatus.  
Mortuos tumulis excitauisti,  
Et latroni paradysum referasti.  
Laus tibi sit, Christe, Deus noster.  
Ingemiscentes festinanter  
Ad tumulum venerunt  
Honoranda foemina:  
Quem simul atque repererunt apertum,  
Atque ab angelo edocta sunt,  
Novum & paradoxum miraculum

Nunciauerunt Apostolis,  
Quod resurrexisset Dominus,  
Dans mundo magnam misericordiã suã.  
Diuinos passionum Vibices  
Tuos adoramus, Christe Deus,  
Atque quod in Sion  
Dominicum sacrificium,  
Et in fine seculorum  
Diuina Virtute fecisti:  
Quia in tenebris sedentes  
Sol iustitiæ illuminauit, eos ducens  
Ad lucem, quæ nullū patitur occasum.  
Laus tibi Domine.

O turbulenta natio  
Iudeorum, nunc aures arrige.  
Vbi sunt, qui Pilatum adierunt?  
Dicant milites, qui tumultum seruabant,  
Vbi tumulto impressa sigilla?  
Quò transtulerunt sepultum?  
Quis non venalem vendidit?  
Quomodo raptus est thesaurus?  
Quid calumniari,  
Christi resurrectionem  
Pergitis Iudæi nequam?  
Resurrexit inter mortuos liber,  
Mundoque donat magnã misericordiã.

AD LITVRGIAM,  
hoc est Missam.

## BEATITVDINES.

**Q**UO LLECEBRA cibi eduxit  
Paradiso inimicus Adamum.  
At loco eius latronem  
Christus eò cruce introduxit,  
Memento mei Deus,  
Clamantem, Veniens in regnum tuum.  
Adoro tuas passiones,  
Laudoque tuam resurrectionem,  
Cum Adamo & latrone,  
Elata voce ad te clamitans,  
Memento mei Deus,  
Simul ac veneris in regnum tuum.  
Tu crucifixus es innocens,  
Et in tumulto volens depositus:  
At resurrexisti, vt Deus,  
Adamumque tecum suscitasti,  
Memento mei Deus,  
Clamantem, Veniens in regnum tuum.  
Tu cum tui templum corporis  
Triduo suscitasti tumulto,  
Cum Adamo natos eius,  
Deus o Christe, suscitauisti,



D. IOANN. DAMASCENI

Memento mei Deus,  
 Clamantes, veniens in regnum tuum.  
 Vnguentifera accesserunt  
 Flentes ad tumultum tuum, ô Christe,  
 Valde manè, & in albis  
 Angelum sedentem inuenerunt,  
 Quid quaritis? clamantem.  
 Surrexit Christus, ne fleatis vltra.  
 Apostoli tui, Domine,  
 Cum in montem, quò mandaueras eis,  
 Ascendissent, ô Seruator,  
 Mox te videntes adorauerunt,  
 Quos etiam misisti  
 Ad gentes docendas & baptizandas.

Gloria.  
 Venite adoremus, Patrem,  
 Atque Filio gloriam canamus,  
 Spiritumque sanctissimum  
 Simul vniuersi collaudemus,  
 Clamantes, & dicentes,  
 O sancta Trinitas, serua nos omnes.  
 Theotocion.  
 Matrem tuam producit tibi  
 Aduocatam populus tuus, Christe:  
 Eius intercessione  
 Miserere nostri, Deus bone,  
 Vt te glorificemus,  
 Qui nobis è tumulo exortus es.

PRIMI SONI FINIS.

Incerti auctoris Iambica in primum Sonum.

Ars Musica tuis stupefacta sonis  
 Primur tibi desert locum, quo dignus es,  
 Tu, quem sonum primum vocarunt Musici.  
 Ergo bene primo precemur, ô sono,  
 O prime cunctis dignior sone sonis,  
 Primum meritò consecutus es locum.



ECCLESIASTICORVM CANTICORVM  
 SONVS SECVNDVS.

SABBATO AD VESP.

Ad Psal. Domine clamaui.

Σπρχε ἀναστάσιμα.

Τὸν τοῦ αἰῶνος ἐκ πατρὸς γεννηθέντα.

**A**NTE secula ex patre progenitum,  
 Deum Verbum hominem factum  
 Ex Virgine Maria,

Venite adoremus.  
 Crucem enim perpassus  
 Tumulo traditus est,  
 Sicut ipse voluit,  
 Et surgens à mortuis  
 Saluum me fecit errabundum hominem.  
 Christus seruator noster  
 Chirographum nos obligans  
 Cruci conclaustrum oblitterauit,  
 Atque mortis imperium infirmauit.  
 Adoremus eius  
 Sanctam resurrectionem.  
 Cum Angelis laudemus Christi,  
 Ore resurrectionem:

I  
 Ipse enim liberator  
 Seruauit animas nostras  
 In gloria tremenda,  
 Fortisque potentia  
 Rursum venturus,  
 Vt huncce mundum iudicet.

Alia σπρχε ἀνατολιχα.  
 Σε τοῦ σταυρωθέντα ἔταφέντα.

**T**E crucifixum atque sepultum  
 Angelus Dominum nunciauit,  
 Et mulieribus dixit,  
 Heus ô, videte  
 Vbi condebatu'r Dominus:  
 Surrexit enim, vt dixit,  
 Tanquam omnipotens.  
 Vnde te adoramus  
 Vnicum immortalem,  
 Vitæ dator Christe,  
 Miserere nobis.  
 Tua in cruce destruxisti  
 Ligni damnationem,

**A** Tuo in tumulo ne casti  
Mortis gubernaculum,  
At resurrectione  
Humanum genus illuminasti.  
Quare sic ad te clamamus,  
Benefice Christe,  
O Deus noster, laus tibi.  
Aperta tibi, Domine,  
Metu sunt porta mortis:  
Orci ianitores  
Te visio territi sunt.

**B** Nam portas areas triuisti,  
Et ferreos vectes confregisti,  
Et nos è tenebris eduxisti,  
Et ex umbra mortis,  
Vinculæque nostra dirupisti.  
Hymnum saluiferum canentes,  
Sonoris canamus vocibus  
Omnes, heus ô, in domo Domini.  
Procidamus, dicentes,  
Christe, qui crucifixus es,  
Et à morte surrexti,  
Quin & es in sinu Patris,  
Propicius esto peccatis nostris.  
Gloria. & nunc.  
Theotocion.

Præterita est umbra legis,  
Gratia veniente.  
Vt enim rubus non vrebatur,  
Cum exardesceret:  
Ita virgo peperisti,  
Virgoque permansisti.

**D** Pro columna ignis,  
Sol iustitiæ lucidus exortus est:  
Atque pro Moysæ,  
Christus seruator animarum nostrarum.

Εἰς τὸν αἴχρον, σὺ χριστέ.

**R** Esurrectio tua, Seruator,  
Totum orbem terrarum illuminauit:  
Et proprium reuocauisti figmentum,  
Omnipotens, ô Domine, laus tibi.

**E** Ordine Alphabetico.

**D** Estruxisti per lignum, Seruator,  
Ligni damnationem,  
Regnumque mortis tumulo tuo ne casti:  
At nostrum genus illuminasti,  
Cum resurgeres.  
Hinc tibi clamamus,  
Viuisce Christe,  
O Deus noster, laus tibi.  
Es ubi visus, ô Christe, pendens in cruce,

Mutasti creaturarum formam:  
At inhumanitatem  
Militis præ se ferentes,  
Tuum ferro latus punxerunt,  
Iudæique signari tumulum rogarunt,  
Tuam minime potentiam scientes:  
Sed qui misericordiam  
Tumulo condi passus es,  
Surrextique triduanus,  
Domine, laus tibi.

**Z** oodota \* Christe,  
Qui propter homines spôte tua passus es:  
Et descendens, vt potens ad inferos,  
Eos qui tuum aduentum expectabant,  
Tanquam ex fortis manu rapuisti,  
Dans paradysum pro inferno habitandū:  
Quare nobis quoque laudantibus  
Tuam nunc resurrectionem,  
Donato peccatorum veniam,  
Et misericordiam.

Gloria. & nunc.

Theotocion.

O nouum miraculum  
Præ omnibus antiquis!  
Quis enim nouit matrem  
Sine viro parientem?  
Vlnisque suis gestantem  
Eum, qui vniuersam regit machinam?  
Deo placuit, vt sic pareres.  
Quem, quia puerum tu,  
O virgo, gestaisti vlnis,  
Maternaque libertate  
Apud eum præuales,  
Indesinenter ora  
Pro nobis supplicibus,  
Vt misericors animas conseruet nostras.

TROPARION.

Ὁ τε κατ' ἡδὴς πρὸς τὸν θανάτου.

**Q** vando \* moriturus descendisti,  
Qui vita immortalis es:  
Tunc & infernum interfecisti,  
Deitatis tuæ radio.  
Cum verò defunctos etiam  
Ab inferis resuscitasti:  
Vniuersæ potestates,  
Quæ sunt in cælo, exclamabant,  
Vite dator Christe,  
O Deus noster, laus tibi.

Theotocion.

Cuncta mentem transcendunt,  
Cuncta opinionem,  
Tua, Dei mater, mysteria,

Quam & castitas obfignauit,  
Atque Virginitas conseruauit.  
Vera mater cognita es,  
Quae Deum Verum peperisti:  
Ei supplicato,  
Vt nostras seruet animas.

**DOMINICA IN MEDIA**  
nocte. Canon Triadicus, cuius  
est haec Acrostichis.  
Trinam deitatis celebro lampadem.

ODE I.

Τὸ θεῖον ἔχει μίαν ἀρχαίαν. ὡς  
ἐν βυθῷ κατέτρασε.

**T**RINAM & vnam praecipuam  
Deitatis naturam  
Canticis celebremus, ita dicentes:

Quae misericordiae  
Inexhaustum mare velut insitū habes,  
Te adorantes miserare,  
Seruāque, tanquam benignus.

Radix existens & fons, Deus  
O Pater, tanquam causa  
Insita Nato & Spiritui sancto  
Comparis deitatis,  
Tu trisolare cordi meo infundito  
Iubar, & illustra  
Diuini fruitione luminis.  
Illustrans cuncta, ô Trinitas,  
Cunctam, quae so, dissipa  
Iniquitatum mearum caliginem:  
Atque radij tui  
Dulcissima fruitione, me facito  
Tuae inaccessae  
Gloria templum & tabernaculum.

Theotocion.

Nostra cum defluxum natura  
Insolitum pateretur,  
Et ad mortē princeps vergeret, ô Virgo,  
Incarnatum ex tuo  
Vtero Verbum Dei benignè ortum est,  
Trilucēmq; deitatem  
Mysticē nos edocuit.

ODE III.

Ἰσοτηρι & φύσεως. ὡς  
ἐν περὶ μετὰ πίστεως.

**A**dquando naturam, sancta Trinitas,  
Coaequalem, glorifico te personis.  
Tu siquidem Vita ex Vita procedens,  
Sine fluxu natus es, ô Deus noster,  
Nec est sanctus, praeter te vnū, ô Domine.

Materia carentes creasti, tanquam  
Specula tui decoris, essentias,  
Trinitas & indiuisa monarchia,  
Vt te semper laudent.

Sed tu nunc è nostra  
Lutea lingua hoc suscipe praconium.  
Dirigito tu nunc in fidei petra,  
Marique tui amoris complanato  
Corda & sensus famulorum tuorum.  
O trilux vnitas,  
Tu Deus es noster,  
In quo si confidamus,  
Nunquam confundemur.

Theotocion.

Essentiam qui omni antea dedit  
Creaturae, in tuo esse voluit  
Ventre, immensa bonitate, ô Virgo,  
Atque trisolarem  
Lucem cunctis tulit,  
Vnius deitatis,  
Atque dominatus.

CATHISMATA.

Ὅτε καλαρχίας τὸν Ἀδάμ.

**C**um Adam in principio  
Formauisti, Domine,  
Tunc in Verbo tuo  
Per se subsistente  
Clamasti misericors,  
Faciamus (hominem)  
Secundum nostram similitudinem:  
At verò sanctus Spiritus  
Tecum erat opifex.  
Hinc tibi clamamus, creator,  
O Deus noster, laus tibi.  
Gloria. & nunc.

Theotocion.

Simul atque Deus ad nos  
Venire dignatus est,  
Tunc tuum, ô casta,  
Purissimum ille Ventrem inhabitauit:  
Atque per te seruaui  
Humani massam generis,  
Hominibus vniuersis  
Regnum caelorum donans.  
Hinc ad te clamamus,  
Deipara casta,  
Aue Domina.

ODE IIII.

Νοεῖν σὲ ἕδὲ τῶν ἀλλοι. ὡς  
Ἰμὰ σὲ ἀχολῶ.

Intel-

**A** **I**ntelligere te nec ordines  
Caelestes angelorum possunt,  
O aeterna Trinitas:  
Nos attamen lutea lingua  
Essentialem bonitatem tuam  
Pie celebramus,  
Et glorificamus.

Tu natura cum sis institutor  
Humana, Deus omnipotens,  
Omnem nunc meam vides,  
Vt perspicax, impotentiam.

**B** Quare famuli tui miserere,  
Eumque ad vitam  
Optimam renoca.  
Archicae monadis inconfusus  
Tres personas concelebramus,  
Quae proprias obtinent  
Et diuiduas hypostasas,  
Coniunctae tamen atque indiuisae  
Voluntate, laude,  
Et diuinitate.

**C** **Theotocion.**  
Templum te purum atque intactum,  
Deigenitrix semper virgo,  
Mundi factor inuenit,  
Vnicam sanè à seculo:  
In eoque habitans reformans  
Hominum naturam,  
Veluti benignus.

## ODE V.

**D** **O**ς ὀλιγῶς. vt  
Ὁ φηπισμός.

**I**n omnes vt omnino creaturas  
Prouidentiae  
Tuae pacificos fundens radios,  
Et salutare,  
Rex o pacis amator,  
Tua in pace me custodito:  
Si quidem tu vita es & pax vniuersi.

**E** Simul atque Mosi visum es ignis  
Forma in rubo,  
Angelus Patris dictum es, o Verbum,  
Tuum praemonstrans  
Hucce ad nos aduentum,  
Quo cunctis aperte nunciasti  
Vim diuinitatis vnius tripersonem.  
Coaeternam & physicam gloriam  
Eiaculata,  
O maxime monarcha,  
Sancta Trinitas,  
Eos qui orthodoxa  
Te fide laudant, videre dona

Tuae gloriae lucem claram & aeternam.

**Theotocion.**

Essentia sua ipsius Verbum  
Dei continens  
Omnia secula vtero tuo,  
O Virgo, modo  
Mirando contentum est,  
Sic homines reuocare parans  
Mox ad vnius dominatus vnitatem.

## ODE VI.

Θελητὸ τὸ ἐλεῖς. vt  
Ἐν ἀβύσσῳ.

**L**ucidissima, Dei o genitrix  
Et misericors, tu fideles eleison:  
Et a peccatis libera,  
Malisque seruos tuos periculis.  
**R**ecrimo in mari bonitatis  
Incomprehensibilem ellampseos tuae,  
Trilucisque deitatis  
Lucis autorem radium mihi dona.  
Beata Virgo, ineffabiliter  
Deus ex te homo factus est, & hominem  
Modis omnibus induit,  
Atque trina mihi luce illuxit.

## CATHISMATA.

Εὐπλοχίας τὸ πέλαγος.

**M**isericordiae mare nobis (cors:  
Cōplanato, & nos suscipito miseri-  
Respice ad populum qui te laudat:  
Admitte cantica te rogantium,  
O Trinitas aeterna:  
Nam in te confidimus,  
Deum vniuersi,  
Vt errorum nobis veniam dones.  
Gloria, & nunc.

**Theotocion.**

Misericordiae fontem concepisti.  
Hinc nobis cōpateris, bona Deigenitrix:  
Tu enim fideles sola protegis,  
Tu mœrentium es consolatio.  
Quare tibi nunc omnes  
In fide proci dimus,  
Vt malis soluamur,  
Solo diuites auxilio tuo.

## ODE VII.

Ῥῆμίς αἰ. vt

Εἰκότος ἡγεῖς.

**R**egis angelos  
Ita, vt nunquā ab hoste superentur,  
Tu qui solus es immutabilis

Ααα

Tribus in personis Dominus.  
Nunc ergo meum cor ostende  
A subuersione tutum,  
Vt te strenue honorem,  
Atque pie collaudem.

Ordines sacri  
Immaterialium mentium tuis  
Radiis, vne trinēque Deus,  
Illuminantur, vt secunda  
Situ lumina: quorum tu me  
Ellampsi & consortio  
Lucidum lumen efficito,  
Trilux ô lucis autor.

Theotocion.

Linquere tu nos  
Noli, sed exalta semper in calum  
Te amantes, qui mirâ tuâ  
Benignitate in vtero  
Virgineo incarnatus es,  
Vt deifices hominem,  
Et qui gloriæ in throno  
Vnâ cum Patre sedes.

## ODE VIII.

Α ἀγορεύει τῆς πίστεως, ὡς  
ἰσοδύνατος θεοῦ ὁ λόγος.

**A**ditu ardua,  
Coæua, principio carens thearchia,  
Immutabilis in omnibus  
(Præter phosphoras proprietates)  
Omne improbum pessundato  
Inimici consilium,  
Atque demonum ludibrium:  
A quibus illasum,  
Domine, me serua.  
Monarchia clara,  
Et incircumscrip̄ta, quæ sapienter atque  
Præualidè fundasti mundum,  
Eúmque conseruas in indemni  
Ordine quolibet, inhabita  
Cordi meo, vt te laudem,  
Et alta voce glorificem  
Vnâ cum angelis  
Per omnia secula.

**O** Patris sophia,  
Dei Verbu, nec meti, nec lingua peruiu,  
Nullâ naturæ tuæ factâ  
Immutatione, mortalium  
Naturam pie assumpisti,  
Atque vnicam Trinitatem  
Cunctis colendam docuisti,  
Tanquam seculorum  
Omnium dominatum.

## ODE IX.

Εἰς φῶτος ἀγέλαου. ὡς  
ἡ τῶν θεῶν ἰσότης.

**A**Narcha ex luce  
Coæternus Filius lux exortus est,  
Atque compar lumæ Spiritus processit,  
At ineffabili modo.  
Hunc sine defluxu ortum  
Credimus, quemadmodum &  
Ineffabilem processionem.

Deitas cordibus

Te laudantium diuina illucesce,  
Lucidâ luce tuâ, dans intellectum,  
Quo prorsus intelligamus,  
Et faciamus quicquid vis,  
Quod bonum est & perfectum,  
Tēque magnificantes laudemus.

Existens immensa,

Vt Deus, natura, immensum vt mare  
Benignitatis habens, miserata es  
Vt olim, Trias, sic & nunc  
Miserere seruis tuis,  
Et à peccatis libera,  
Atque viciosis affectibus.

Theotocion.

Me serua, mi Deus,

Ab omnibus damnis atque insidiis,  
Qui tribus in personis laudari soles  
Modis ineffabilibus,  
Deus atque omnipotens,  
Tuúmque gregem conserua,  
Intercedente Deigenitrice.

DOMINICA AD MA-  
tutinum, post primam  
αρχολογία.

CATHISMA.

Ο ἑσχημῶν ἰωσήφ.

**I**NCLYTUS Iosephus  
E ligno crucis detraxit  
Sacratum corpus tuum,

Sindonēque pura inuoluens  
Et aromatis,  
Monumento nouo parentans imposuit.  
At tertio die surrexti, Domine,  
Donans mundo magnam misericordiã.  
Vnguentiferis foeminis  
Iuxta tumulum assistens  
Exclamabat angelus, (moda.  
Hæc vnguenta sunt mortalibus accom-  
Christi autē corruptionis experts patuit.  
Sed exclamatore,

Resur-

A Resurrexit Dominus,  
Donans mundo magnam misericordiam.  
Theotocion.

Tu certe supergloriosa es,  
Deigenitrix virgo te laudamus,  
Quia per crucem filij tui  
Deiictus est infernus,  
Atque mors interfecta est,  
Mortuique surreximus,  
Et vita donati sumus,  
Qui paradysum accepimus  
Purificas delicias nostras.

B Hinc gratias agentes  
Glorificamus tanquam fortem  
Christum Dominum nostrum,  
Deumque misericordem.

Post secundam *αρχολογία.*

Cathismata anastafima.

Τὸν λίθον τῆς μνήματος.

C Lapidem monumenti  
Obsignari non prohibens,  
Christe, petram fidei  
Tu resurgendo  
Nobis dedisti,  
Et misericordiam.

Discipulorum grex tuus  
Fœminis inguentiferis  
Collatatur concimens.  
Festum enim commune cum eis celebramus

D Ad honorem tuæ resurrectionis, &  
Eorum prece, benigne Domine,  
Da plebi tuæ magnam misericordiam.  
Gloria. & nunc.

Theotocion.

Tu certe superbenedicta es,

Virgo Deigenitrix.

Qui enim ex te incarnatus est,

Infernum captivum duxit.

Quin Adamum reuocavit,

E Damnationem peremit,

Etiam liberam reddidit,

Ipsamque mortem interfecit,

Nobis denique vitam donavit.

Quare laudantes exclamamus,

Benedictus es, Christe Deus noster,

Cui sic bene placuit laus tibi.

(Μετὰ τὴν ἁμωμον.)

ἢ ὑπακοή.

Μετὰ τὸ πάθος προσευθεῖται.

Post passionem venientes  
Ad monumentum,  
Vt corpus tuum moxingerent.  
Mulieres, ô Christe Deus,  
Ibi angelos conspexerunt,  
Et territa sunt.  
Ab eis enim audierunt,  
Quod resurrexerit Dominus,  
Largiens mundo magnam misericordiam.

GRADVS.

Antiphonon I.

Εν τῷ θρονῷ τῶ ὀμματα.

**I**N calum, Seruator, oculos  
Cordis mei ad te mitto:  
Conserua me

Tui virtute luminis.

Miserere nostri,

Qui te in horas multum

Offendimus, Christe Deus meus,

Dans ante mortem

Modos penitentiae.

Gloria.

Sancto Spiritui

\* Verè regnare inest,

Sanctificare,

Machinam mouere.

Deus enim est

Naturâ Patri, Verboque compar.

Ipsum.

Antiphonon II.

Εἰ μὴ ὅτι κλέος τὸ ἐν ἡμῖν.

**N**isi quia Deus erat in nobis,

Quisnam potuisset

Seruari ab inimico?

Atque eo homicida?

Dentibus eorum

Ne seruum tuum, Seruator, tradas,

Leonis more contra me insurgunt:

Nam hostes mei sunt.

Gloria.

Sancto Spiritui

Vita origo inest:

Nam cuncta creata,

Vt Deus corroborat,

Et seruat in Patre

Per Filium.

Antiphonon III.

**Q**uicumque confidunt in Domino,

Verè similes monti sancto sunt,

Qui haudquaquam percelluntur

Insultibus Beliar.

Aaa ij

Ad iniquitatem ne suas  
Manus extendat quisquis piè viuit:  
Non enim tradit Christus  
Virgæ pium clerum suum.

Gloria.

Sancto Spiritui

Sapientia fontes insunt.  
Hinc Apostolis gratia.  
Hinc coronis insigniuntur Martyres.  
Hinc Prophetæ præudent.

PROPOSITVM.

Exurge Domine Deus meus. *Versus.*  
Domine Deus meus in te speraui.  
Omnis spiritus. *Euangelium. Heothinum.* Resurrectionem Christi. à v.

CANON. Anastaf. II.

ODE I.

SONVS I. Hirminus.

Εν βυθῶ χετέρωσε ποτέ.

IN MARI profligauit olim  
Vniuersas Pharaonis copias  
Victrix vniuersi virtus:  
At Christus homo factus

Molestissimum ne peccatum aboleuit,  
Vt glorificatus Dominus,  
Cuius honor inclytus est.

\* dedidi-  
mus.

Princeps mundi huius, ô bone,  
Cui nos \* addiximus, dum mandatis  
Tuis minus obsequimur,  
Cruce tua victus est.  
Nâ te velut mortale aggressus corruit  
Præpotenti dextera tua,  
Debilibus succubuit.

Humani redemptor generis,  
Immortalisque vitæ dux & autor,  
In huncce venisti mundum:  
Nam surgens à mortuis,  
Tu mortis incunabula dissipasti.  
Hinc te glorificamus omnes,  
Cuius honor inclytus est.

Theotocion.

Sublimior apparuisti  
Omni creatura, ô semper Virgo,  
Tam visibili, quam minus.  
Nam creatorem pro- vt  
In te incarnari voluit, peperisti.  
Quem tu liberè deprecare,  
Vt nostras seruet animas.

ALIVS CANON STAV-  
roanastalim? cuius acrostichis,  
Quam tamen nos seruo.

Α' δὲ τὸν αἶνον τῶ φερσεβίῳ λόγῳ.

ODE I.

\* Α' τριπλοῦ ἀ(ω)ήθη.

Christe, virtus infirmis,  
Resurrectio lapsis,  
Et æternitas  
Tu effectus es, vita defunctis,  
Per carnis passionem:  
Nam gloriosa est.  
Misertus est collapse  
Imaginis, & eam  
Tritam erexit  
Creator & renouator Deus,  
Mortuus quo & factus:  
Nam gloriosus est.

Alius. De S. Deigenitrice.  
(cuius hæc est acrostichis,

Α' δὲ τὸν αἶνον τῆ φερσεβίῳ κέρη.)

ODE I.

Αἴλος πάλαι χίμαξ. vt  
Α' τριπλοῦ ἀ(ω)ήθη.

Scala non fabrefacta,  
Et mire indurata  
Per mare via  
Tuum conceptum, virgo, monstrabat:  
Quem collaudamus omnes,  
Nam gloriosus est.  
Virtus est altissimi  
Hypostasis perfecta  
Dei sophia,  
Quæ corpus ex te assumens, virgo,  
Inter nos versata est:  
Nam gloriosa est.  
Transiit per ianuam  
Inuiam atque clausam veri tui  
Sol iustitiæ, ô virgo casta,  
Atque mundo illuxit:  
Nam gloriosus est.

CANON. Anastaf. II.

ODE III.

Ε' ἐλάθη Cer ἡ ἐρημος.  
F Lornat terra deserta,  
Vt lilium, Domine,

illa

A Illa Gentium sterilis  
Ecclesia tuo ab aduentu  
In quo meus confirmatus est animus.  
Machina, cum patereris,  
Immutata est, videns  
Eym in vili habitu  
Ab improbis, viris subsannari,  
Qui cuncta diuino numine fundauit.

E limo tuam me manu

Ad iconem formasti,

B Atque mortis in pulueres  
Denceps peccato relapsum, Christe,  
Ab inferis tecum resuscitasti.

Theotocion.

Obstupuerunt ordines  
Angelorum, o casta,  
Et humana horruerunt  
Corda, inaudito partu tuo.  
Hinc Deiparam te pie veneramus.

Alius. De S. Cruce.

C \* Τόζον Κυωά.

Christus cuncta supereminens  
Parum minutus est,  
Per carnis passionem,  
Ab angeli natura.

Morte cum impiis habitus,

D Effulgens fœminis  
Apparuiisti, Christe,  
Post resurrectionem.

Alius. De S. Deigenitrice.

\* Τόζον Κυωά.

Qui est ante secula,  
Vt seculi factor,  
Ex te, o virgo, volens  
Carnem puer assumpsit.  
Ventrem celo capaciorem  
Laudemus fideles,  
Per quem Adam letus calicis  
Ciibus ascriptus est.

CANON. Anastaf. II.

ODE IIII. Hirmus.

Ε' λιλυθας εν παρθεις.

D E virgine tu natus es,  
Non præco, non angelus,

Verum ipse Dominus  
Incaratus, atque seruasti  
Me hominem integrum.  
Hinc clamo tibi,  
Laus tue sit virtuti.

Productus es, tanquam reus,  
Deus, ante tribunal,  
Non conquerens, Domine,  
Iudicium Gentibus ferens,  
Quod passione tua  
Orbi terrarum  
Certam salutem dedit.

Tua passione tela  
Cessarunt hostilia.  
Quin aduersariorum,  
Cum ad inferos descendisti,  
Diruta sunt oppida,  
Atque tyranni  
Corruit imperium.

Theotocion.

Te, Domina Deipara,  
Et salutarem portum  
Et turrim fortem cuncti  
Fideles esse perspeximus.  
Precibus enim tuis  
Nostras animas  
A periculis liberaisti.

Alius. De S. Cruce.

\* Α' κηροα, κωεε.

Christe, cum te videret  
In ligno confixum virgo,  
Quæ te sine dolore peperit,  
Tunc maternos dolores sustinuit.  
Mors profligata iacet:  
Mortuus prædatur portas.  
Fracto enim vorace inferno  
Supernaturalia cuncta dantur.

Alius. De S. Deigenitrice.

\* Α' κηροα, κωεε.

En superexaltatur  
Mons diuinus in domo diuini,  
Supra virtutes vniuersas  
Apertissime, o Deipara.  
Sine natura lege,  
O virgo vnica, peperisti

A a ij



Dominum vniuersi mundi,  
Atque dicta es Deigenitrix.

CANON. Anastaf. II.

ODE V. Hirmus.

Μεσίτης θεός ἡμῶν ἀνθρώπων.

**M**ediator tu, Christe, Dei  
Atque hominum factus es:  
Quia per te, Domine,  
Ad patrem tuum luminis autorem,  
A nocte cecitatis  
Aditum nos habuimus.

Vt cedros, ô Christe, hostium  
Tu fremitum contriuisisti,  
Sponte tua, Domine,  
In cupresso, tibi: vt complacuit,  
Et picca cedroque  
Simul cum carne assumptus.

In lacu, Seruator, infimo  
Posuerunt te mortuum.  
At proprio vñ hinc  
Tu vulneratus, Christe,  
Mortuosque tumulis  
Tecum resuscitauisti.

Theotocion.

Precare tuum filium,  
Et Dominum, casta Virgo,  
Vt captiuos, aduersis  
Quicumque detenti discriminiibus  
In te verè confidunt,  
Cum bona pace liberet.

Alius. De S. Cruce.

\* Ο ἁγία ἡ τῶν ἡσάτων.

Ieiunium cum detrectaret Adam,  
Prior degustauit fructum  
Arboris mortiferae:  
At eius peccatum deleuit  
Posterior Adam, qui crucifixus est.

Christe, naturâ nostrâ patilis, &  
Mortalis extitisti, qui  
Diuinâ impatilis  
Mortuam immortalitate,  
Christe, donasti, ab inferis excitam.

Alius. De S. Deigenitrice.

\* Ο ἁγία ἡ τῶν ἡσάτων.

Nubes pluite dulcem letitiam  
Omnibus hominibus: nam  
Puellus datus est,  
Qui est ante cuncta secula  
Ex virgine incarnatus Deus noster.  
Vita carumque meæ lumen  
Affulsit, atque peccati  
Mœrorem aboleuit,  
Sub mundi finem ex virgine  
Sine viro incarnatus altissimus.

CANON. Anastaf. II.

ODE VI. Hirmus.

Εν ἀβύσσῳ πταισιμάτων κυχλῆιδρος.

**A**byssus peccatorum adobrutus,  
Inscrutabilis tua  
Misericordia  
Supplex imploro abyssum.  
Tu me, Deus ô, à morte libera.

Iustus, vt maleficus, damnatus est,  
Atque cum impiis  
Ligno crucifixus est,  
Vt reis remissionem  
Proprio largiretur sanguine.

Per vnum hominem, primum Adamum,  
Iam olim mors in hunc  
Mundum introgressa est:  
At per vnum Dei Natum  
Resurrectio tandem apparuit.

Theotocion.

Sine semine concepisti, Virgo,  
Atque manes semper  
Virgo, ita demonstrans  
Germanæ diuinitatis  
Filij Deique tui symbola.

Alius. De S. Cruce.

\* Η ἡσάτων πρῶτη.

Adamo tu lapso Cherubos  
Custodes ligni vitæ dedisti,  
Qui te viso portas aperuerunt:  
Nam visus es latronem  
Ducens in paradysum.  
Desertus & inops infernus  
Vnius (Christi) morte remansit.  
Quas enim multas collegerat opes,  
Vnus cunctis pro nobis  
Christus enacuauit.

Alius.

A Alius. De S. Deigenitrice,  
\* Η' θεος πρῶτα τῶν

Natura hominum seruiens  
Peccato, Domina castissima,  
Per te libertatis compos facta est,  
Nato tuo pro cunctis,  
Vt agno, immolato.

Te inuocamus vniuersi

B Genuinam Deigenitricem,  
Seruos Deum irritantes libera:  
Nam tu sola liberè  
Natum adire potes.

## CONTACION.

Α' νεῖης ἁγία, ἡ τῶν ἁγίων, &c. vt  
Τὸ ἄνω ἕντα.

S Vrrexti tumulo, Seruator omnipotens,  
Infernusque miraclo viso territus est:

C Mortui surrexerunt.  
Quin machina videns tibi congaudet,  
Atque Adamus collaudatur,  
Et mūdus, mi Seruator, te sēper laudat.

Ο' οὐρανός.

Tu es lux tenebris obduktorum  
Resurrectio cunctorum,  
Vitaeque mortalium.

D Quin omnes consuscitasti,  
Mortis imperio, Seruator, direpto,  
Et effractis inferni portis, o Verbum,  
Et mortales intuiti  
Miraculum mirati sunt.  
Omnis machina congaudet  
Tua resurrectione, benigne.  
Quare cuncti glorificamus  
Atque collaudamus aduentum tuum,  
Et mūdus, mi Seruator, te sēper laudat.

## CANON. Anastas. II.

## ODE VII. Hirmus.

E Α' ἁγίος ὑπερταύτης.

I Mpio imperio  
Iniquissimi tyranni  
Sublimis auris flamma circumlambebat.  
At Christus complanauit  
Piis iuuenibus  
Spiritus sancti vorem.  
Nam benedictus & supergloriosus est.  
Non passa est, Domine,  
Misericordia tua  
Hominem à tyranno pressum videre:

At veniens seruasti  
Proprio sanguine,  
Humana carne sumpta.

Nam benedictus & supergloriosus es.  
Stupuerunt te viso,  
Cum ultionis induisti stulam,  
Ianitores inferni, Christe,  
Cum crudelem tyrannum  
Domesticum, Deus,  
Venisti subacturus.

Nam benedictus & supergloriosus es.  
Theotocion.

Sanctorum nos te sanctam  
Esse nouimus, quæ sola conceperis  
Deum incommutabilem,  
Inuiolata virgo,  
Genitrix innupta.  
Nam cunctis scaturiit  
Piis immortalitas  
Sacro partu tuo.

Alius de S. Cruce.

\* Π' ἱστορὸς ἀνὰ τὸν σταυρὸν

Patrem Adamum damnauit olim  
Rebellio apud Edem.

At sponte condemnatus est,  
Qui transgressoris crimen diluit,  
Prædiuinus patrum nostrorum Deus,  
Et laudatissimus.

Adamum seruasti lesam lingua  
Virulenta apud Edem:  
Idque spontaneo morfu,  
Spontanea passione medicans  
Prædiuinus patrum nostrorum Deus,  
Et laudatissimus.

Ambulantem me mortis in vmbra  
Ad lucem reuocauisti,  
Tenebrosam infernum  
Radio deitatis eiciens.  
(Prædiuinus patrum nostrorum Deus,  
Et laudatissimus.)

Alius. De S. Deigenitrice.

\* Π' ἱστορὸς ἀνὰ τὸν σταυρὸν

Iacob quidem in nocte vidit  
Vt in enigmate Deum.  
Incarnatus autem ex te

A a a iiij

D. IOANN. DAMASCENI

Pastoribus apparuit canentibus,  
Prædiuinus patrum nostrorum Deus,  
Et laudatissimus.  
Symbola ineffabilis tecum  
Congressus præsignificans,  
Iacobo colluctatur:  
Sicque volēs nobis iunctus est, ô Virgo,  
Prædiuinus patrum nostrorum Deus,  
Et laudatissimus.  
Profanus est, qui te non prædicat  
Filiū Virginis, vnum  
Ex laudanda Trinitate,  
Nec constanti mente linguâque clamat,  
Prædiuinus patrum nostrorum Deus,  
Et laudatissimus.

CANON. Anastaf. II.  
ODE VIII. Hirmus.

Κάμνος ποτὲ πυρὸς ἐν Βαβυλῶνι.

**C**Aminus igneus olim Babylone  
Actiones ex æq̄.o diuisit,  
Numinis imperiis,  
Dum flamma Chaldaeos exussit,  
Atque pios irrocauit, dicentes,  
Benedicite cuncta opera Dominum.  
Sanguine, Christe, tuo dum purpuratam  
Conspicerent carnis tuæ stolam,  
Trementes stupuerunt  
Multam tuam humanitatem  
Anglorum ordines exclamantes,  
Benedicite cuncta opera Dominum.  
Tu mortale meum induisti pius,  
Immortali resurrectione.  
Hinc gaudio exultans  
Gratosē tibi accinit  
Electus, Christe, populus, clamâtque,  
Absorpta est re vera mors in victoriâ.  
Theotocion.  
Tu natum à patre inseparabilem,  
Qui Deus & homo fuit, sine  
Semine concepisti:  
Mirôque peperisti modo,  
Intacta Deigenitrix.  
Hinc te nostram omnium  
Salutem esse certò scimus.

Alius de S. Cruce.

\* Ἰνδάλματος.

Visus es in cruce  
Clavis confixus, ut diues miserabilis.  
Spontè sepultus tertio die surrexisti,  
Et liberasti  
Mortales omnes, ô benigne,  
Fide modulantes:  
Omnis creatura Dominum laudet,  
Et superexaltet  
Per omnia secula.  
Cum, Deus ô Verbum,  
A morte liberatum homines tenuisses, **G**  
Eū quē formasti diuina virtute, Christe,  
Et immortalē  
Perennis gloriæ consortem  
Tuæ reddidisti,  
Clamantem, omnis machina laudet,  
Et superexaltet  
Deum per cuncta secula.

Alius. De S. Deigenitrice.  
\* Ἰνδάλματος.

Visus est in terra,  
Atque parte cū hominibus versatus est  
Is cui bñitate virtutēque nemo par est:  
Cui modulantes  
Cuncti fideles exclamamus,  
Omnis creatura Dominum laudet,  
Et superexaltet  
Per omnia secula. **I**  
Te propriè castam  
Nuntiantes glorificamus, Deipara.  
Tu enim vnum ex Trinitate concepisti,  
Carne vestitum:  
Cui cum Patre atque Spiritu  
Omnes modulamur,  
Omnis creatura Dominum laudet,  
Et superexaltet  
Per omnia secula. **K**

CANON. Anastaf. II.  
ODE IX. Hirmus.

Ἀρχὸς γενήτορος ἑός.

**P**atris sempiterni Filius,  
Deus & Dominus,  
Sūmpta carne Virginis  
Nobis apparuit,  
Ut tenebras illuminaret,  
Atque dissipata congregaret.  
Hinc vbiq̄ue celebrem

Deiparam

**A** Deiparam magnificamus.

*Vt in paradiso plantatum*

*In caluaria felix*

*Intemerata tua*

*Crucis lignum, Seruator,*

*Sanguine aquaque diuina*

*Sacri lateris tui, et fontis,*

*O Christe, irrigatum*

*Vitam flore nobis edidit.*

*Tu potentes deposuisti,*

**B** *Crucifixus prepotens:*

*Quaque infra iacebat*

*In inferni carcere,*

*Humanam extollens naturam,*

*Patris tui dignatus es throno,*

*Cum qua nos te venturum*

*Adorantes magnificamus.*

*Vnitatem sanctam triplicem*

*Parvamque Trinitatem*

*Orthodoxe laudantes*

*Pij celebremus:*

**C** *Individuamque naturam,*

*Trilucem sine occasu lucem,*

*Solam intemeratam,*

*Ex qua nobis lumen affulget.*

Alius. De S. Cruce.

\* Τὸν ἐκ Θεοῦ.

**D**

*Tu in medio reorum,*

*Vt agnus suspensus es,*

*O Christe, in caluariae cruce,*

*Latus lancea perforatus,*

*Vitamque largitus es*

*Nobis e terra natis,*

*Vt bonus vitam donans*

*Et resurrectionem.*

*Deum qui propria morte*

**E** *Mortis vires redegit*

*Ad nihilum potenti a sua,*

*Fideles omnes adoremus.*

*Nam secum a seculo*

*Mortuos exuscitauit,*

*Vitamque dat omnibus,*

*Et resurrectionem.*

Alius. De S. Deigenitrice.

\* Ὁλος ὑπάρχεις.

*Virga virtutis data est*

*Putri nature*

*Verbum Dei in te, casta virgo,*

*Eamque suscitauit,*

*In orcum precipitatum.*

*Hinc te, o intacta,*

*Vt Dei matrem magnificamus.*

*Quam elegisti, Domine,*

*Suscipe pie*

*Deprecatricem pro nobis,*

*Et tua bonitate*

*Mox omnia replebuntur,*

*Dum te simul omnes*

*Vt beneficium magnificamus.*

### AD LAUDES.

Σπινθηρὰ ἀναστάσιμα.

• Πᾶσα πνοὴ, καὶ πᾶσα κτίσις.



**M**nis Spiritus & machina

Te collaudant, Domine:

Quia tu ligno crucis

Irritam mortem fecisti,

Vt populis monstrares

Te a mortuis surrexisse,

Tanquam solus benignus.

Dicant ergo Iudaei

Quomodo milites perdidierunt

Custodientes hunc regem?

Qua enim de causa lapis non seruauit

Viuificam petram?

Aut sepultum restituant,

Aut resurgentem proni adorent

Nobiscum dicentes:

Laus tuis miserationibus,

O Seruator, laus tibi.

Gaudete populi, & exultate.

Angelus Dei sedit

Iuxta tumuli lapidem.

Ipsa nobis euangelizauit dicens,

Christus a morte surrexit

Liberator mundi,

Cunctisque dedit odorem suauitatis.

Gaudete populi, & exultate.

Theotocion.

Angelus quidem Aue

Ante tui conceptum, Domine,

Ad virginem gratia plenam tulit.

Angelus & lapidem

Nobilis tumuli tui

Tua in resurrectione voluit:

Ille pro tristitia

Latitiae symbola indicans,

Hinc Respons. Latine Eccles. tempore Paschalis. Christus resurgens ex mortuis, &c.

Hic contra loco mortis  
 Dominum viuificum nobis prædicans.  
 Hæc tibi clamamus,  
 O benefactor omnium,  
 Domine, laus tibi.

Quomodo sigilla non rupisset  
 Ille qui monebat calcavit?  
 Generique mortalium  
 Vitam termino carentem largitus est,  
 Et misericordiam.

Alia *επιχειρηματα* ανατολιχα.

*Επεισαν μωρα μετα διαφρον.*

**F**uderunt unguenta cum fletibus  
 Ad monumentum foemina tuum,  
 Et eis os repletum est gaudio,  
 Cum dicerent, Resurrexit Dominus.

Laudem dicant gentes & populi  
 Christo Domino nostro,  
 Qui sponte sua pro nobis  
 In cruce mortuus est,  
 Et in inferno triduum moratus.  
 Eius insuper venerentur  
 Sanctam resurrectionem,  
 Quæ illuminauit  
 Omnes huius mundi terminos.

Tortus & sepultus es,  
 Christe, ut uoluisti.  
 Tu spoliasti mortem,  
 Ut Deus & Dominus,  
 Et mundo largitus es  
 Vitam sempiternam,  
 Et misericordiam.

Verè, ô iniqui, lapidem obsignantes  
 Maiore nos miraculo dignati estis,  
 Viris facti consciis custodes.  
 Hodie processit è tumulo.  
 Vos, dixerunt, dicite  
 Quod nobis dormientibus  
 Eum discipuli  
 Clam surripuerunt.  
 Quis mortuum rapit?  
 Præcipueque nudum?  
 Ipse sua uirtute surrexit, ut Deus,  
 Ea relinquens in tumulo  
 Que in eum tulerat.  
 Heus ô uidete Indæi,

AD LITURGIAM  
 seu Missam.

BEATITVDINES.

*Τὴν φωνὴν τοῦ Θεοῦ ἀποστόλῳ μεν.*  
 Vocem tibi proferimus  
 Latronis, atque clamamus,  
 Memento nostri, ô Seruator

Christe, in regno tuo.  
 Crucem tibi proferimus,  
 Ut nobis culpas condones,  
 Quam tu pro nobis subisti,  
 Christe benigne Deus.

Tuum colimus, Domine,  
 Tumulum & anastasin,  
 Quibus à morte liberaſti  
 Mundum, benigne Deus.

Per mortem tuam, Domine,  
 Mors omninè absorpta est,  
 Atque per resurrectionem  
 Mundum conseruasti.

Qui sedet ant in tenebris,  
 Mox ut te lumen uiderunt,  
 In penetralibus inferni,  
 Christe, resurrexerunt.

Unguentiferis obuiaſti,  
 Cum surrexisti tumulo,  
 Mandasti que ut discipulis  
 Te surrexisse dicant.

Gloria.  
 Gloriam Patri canamus,  
 Et Filium adoremus  
 Omnes, atque sanctum Spiritum  
 Pie concelebremus.

Aue throne igniformis,  
 Aue sponsa nulli nupta,  
 Aue uirgo, que hominibus  
 Deum partu dedisti.

SONI SECUNDI FINIS.

Incerti autoris Iambica in Sonum secundum.

Quamuis tibi sedes secunda cesserit,  
 Tamen Voluptas maior obligit tibi:  
 Nam mellifluis dulcibusque canticis  
 Et corda læta sunt, & ossa pingua.  
 Sirenes haud dubiè secundi carmina  
 Cecinere soni, queis merum mel effluit.

D. IOAN.